

ILLVSTRI ET MAGNIFICO VI-  
RO D. IANOLASCARI RHINDE  
CENO DOCTRINARVM ET AN-  
TIQVITATIS PARENTI, TRAN-  
QVILLVS ANDRONICVSDAL-  
MATA, S. D.

**C**VM MICHAELÈ NARDINO  
meo necessario viro ingenioso & docto lōs  
ga mihi disceptatio fuit de nostrę nationis  
homine Diocletiano Imperatore, qui eadem animi  
magnitudine, qua sublatus erat ad fastigium rerū  
humanarum, ad priuatam vitā redierat. Quod me  
defendente, illo contra nitente, eam disputationem  
sub Cęsarıs & Syllę persona retuli. In temperando  
au.ē stilo non simplex difficultas fuit, nā ratio posce-  
bat, vt esset infra oratoriam grauitatem, & sua grā-  
uissimis personis dignitas attribueretur. Existimaui  
hanc meam forturam non nihil ad tuam fortunam  
pertinere, non a..... solandi tui atque confirmandi  
gratia, in quo virtus & ..... crā summum adire peris-  
culum videantur, sed quoniam augustali sanguine  
ortus, vt ipse cuius maiores longa serię Cōstātinōs  
poli imperarunt, vicissitudine rerum ad hanc tenuis-  
simum redactus sis. Quam tu commutationē sic fors-  
titer toleras, vt istud viuendi genus elegisse videas-  
re. Itaque mitto tibi hunc dialogum, vt cū tua for-  
te conferas, ac si probaueris, te authore exeat in mas-  
nus hominum, & noster Diocletianus vindicetur a  
calumniā.

Vale.